

& Hispaniarum regem potentissimū designauit, & oblatā eo nomine magnam pecuniæ vim à Caroli legatis reiecit. Ab huius igitur Christianissimi principis occasu, qui incidit in annū 1525. diem Maij quintum, cum eius corpus sectū, exemptis intestinis aromatis ad sepulturam inter principes more vsitato condiretur, quidam Iohannes Trautemanus, quo princeps chirurgus fuerat vsus, vesicam incidēs, in eius orificio lapidem offendit grandem, cuspidē in ceruicem, qua urinæ meatus patet, porrecta, latiore parte in vesica hærente.

Eum lapidem ab hæredibus Trautemani, quorum superstites sunt quatuor, viri boni precario accepi, data fide de restituendo. Cuius proplasticen, dilectē Gesnere, ad veram imaginem summo studio exactè fusam è gypso, tibi inter cæteros calculorum typos transmittō, quo accuratius miram huius lapidis formam, qui tantum

tum